



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum  
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

**Kolb, Gregor**

**Rottwilae, 1725**

**VD18 12054054**

XLII. Gerlachvs Elector. XXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

tia rejectus est Henricus post annum 14. Christi 1346. Sedebant eodem tempore Joan. XX. dictus XXII. & Benedictus XI.

### XLII. GERLACHVS ELECTOR. XXVI.

**G**erlachus is ipse Comes Nassovia post annorum octo curriculum tandem quieta Sede potitus, Caroloque IV. Imperatori peracceptus, Bullam Auream Romani Imperij Regulam unam cum Electoribus & Viris Principibus reliquis conscriptam probavit. Mox verò ad reformationem morum, præsertim verò Ecclesiasticorum virorum conversus, hortante Carolo Imperatore, Pontificij Juris Regulas gnave observavit. Hoc sedente Archipræsule Pragæ omnium primus creatus Archiepiscopus copiam impetravit coronandi deinceps Bohemorum Reges: at ne injuriam irrogari sibi conquererentur Moguntini Antistites, quibus coronandi Reges Bohemos privilegium hæctenus concessum favebat, hanc ob causam Hæchstium urbem eorundem ditioribus adjecit Imperator. Annis 18. post sepultum Henricum floruit ad annum Christi usque 1371. sub Pontificibus Clemente VI. Innocentio VI. & Urbano V. Gerlachus, de quo tamen pauca meminere Historici rerum compendiis contenti.

### XLIII. IOANNES I. ELECTOR XXVII.

**J**oannes I. Dux Lüzelburgicus, Caroli IV. Imperatoris precibus à Gregorio XI. auditis, confirmatus est Moguntia Elector, Canone Falckensteinio Trevirensium Archiepiscopo alteram dignitatem non optante, & Comite Nassovio Adolpho non consequente. Annis 2. solum Pastorale Moguntia Pedum tenuit, quo tamen tenente an. 1372. frequentissimus Ecclesiasticorum juxtaque Politicorum Principum conventus, ipso etiam præserte Imperatore, Comitibus celebravit, ut Pontifici Ecclesiasticorum redituum decimas poscenti responderet Imperium. Mox dein vivis  
ereptum